



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Frigidvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

de versus: Contractus, crimen, reus, & res, religioq; Vir, ratio similis, vel pro uocat, atque recusat.

## F R A V S .

<sup>1</sup> F R A V S ad modum mendacij peccatum dicit, que si sit perniciofa in damnum proximi notabile, est mortal is. Secus si circa minimum, aut sit iocosa, vel officiosa, vel præter intentionem, tunc in his est venialis. Cum tamen aduerterit, tenet damnum refacere, & remedium apponere, si potest, famæ propriae, ne de eo, tanquam de doloso, scandalizentur. Aliter grauiter peccat et prebendo scandali materia proximo.

<sup>2</sup> F R A V S & dolus nemini debet patrocinari. in capitul. ex timore. de recipiis.

<sup>3</sup> F R A V S commissa in legem, ut de persona ad personam, de vna re ad aliam, de uno contractu ad alium, & huiusmodi, non est sine peccato: quia prævaricatur lex. Facit not. in c. intelli geutia, de verbo, signifi. &c. quanto de priuilegiis.

<sup>4</sup> F R A V S fieri non dicitur scienti, & cõsentienti. l. nemo. ff. de re. i.u. suprà. Dolus . vide aliquid de hac materia, quia parum differunt. Nam fraus principaliter in factis est, dolus in verbis.

## F R I G I D V S .

F R I G I D I T A S quomodo impedit matrimonium, vide infra, Matrimonium. §. 47. 45. siue sit secundum temporis conditionem, ut in sene, siue secundum materie complexionem.

## F R V C T V S .

<sup>1</sup> F R V C T V S in corporalib; de quo loquuntur canonistæ: quidam secundum Bartol. in l. ex diuerso, c. de rei vendicatio sunt naturales: vt naues, pira, &c. ce. alij sunt partim naturales, partim industrielles: vt lana, seges, &c. alij dicuntur industrielles, vt qui acquiruntur ex negotiatione, vel artificio: alij vero, qui non proueniant ex re, dicuntur ciuiles: vt est pensio domus, vel bulusmodi. l. si naues. ff. de rei ven. Et horum quidam sunt honeste percepi, quidam in honeste: vt si locauit do-

mum meretrici, vel publico usuratio ad talia officia exercenda. l. ancillarū. ff. de pet. hære.

## F R V C T V S percepti bona fide ( ut

colligitur ex c. grauis. de restit. spoliat) siue naturales, siue iudiciales, siue cū titulo, siue sine titulo, in conscientia debent restituiri, si extant. Si autem quis eos constampfit, tenetur restituere tantum, in quantum locupletior fatus est: vt pura, quia in eam rem expedit, in quam oportuisset expediter tantum de suo, vel aliqua emis, ex quibus patrimonium suum ampliavit: tamen de fructibus industrialibus rei lucroce diminuit, quantum industria sua estimanda est in dicto negotio exercitata, in utilitatem, seu augmentum dictorum fructuum accipieadonum: quia nemo suis stipendijs militat. Si vero non est factus locupletior, de rebus consumptis non tenetur. l. virum. ff. de petitio. hæred. De lucro facto ex re non lucrosa, vt ex pecunia, non tenetur, nisi de intereste expresso, & nō de possibili.

<sup>2</sup> F R V C T V S dicuntur, qui deducuntis expensis factis colligendorum, congre gandorum, & conseruandorum fructuum gratia supersunt, tam in bone, quam in mala fidei possessoribus. l. li a te. §. fructus. ff. de petitio. hæredit. Quanto tempore possessor bonę fidei possint usucapere dictos fructus. vide Sil. ibi. §. 2.

## F V G E R E .

<sup>1</sup> F V G E R E sine peccato potest, quia iustè queritur, ut capiat, siue data sit contra eum sententia, siue nō, dummodo non interueniat violentia contra officiales, qui vellent eum capere: quia ipsi habent iustum bellum cōtra eum. c. resistit. II. q. 3. & ex parte fugientis est iniustum, idē mortaliiter peccaret. Et idem est de auxiliantibus.

<sup>2</sup> F V G E R E licet incarcерato iniustè, ut patet. Si vero iustè detinetur, & nō propter mortem, vel membra abscessionem inferēdam, sed propter aliud, puta ad punitionem, nō licet fugere. Facit quod not. gloss. in c. ius getium. d. 1.

